



## Acerca de este libro

Esta es una copia digital de un libro que, durante generaciones, se ha conservado en las estanterías de una biblioteca, hasta que Google ha decidido escanearlo como parte de un proyecto que pretende que sea posible descubrir en línea libros de todo el mundo.

Ha sobrevivido tantos años como para que los derechos de autor hayan expirado y el libro pase a ser de dominio público. El que un libro sea de dominio público significa que nunca ha estado protegido por derechos de autor, o bien que el período legal de estos derechos ya ha expirado. Es posible que una misma obra sea de dominio público en unos países y, sin embargo, no lo sea en otros. Los libros de dominio público son nuestras puertas hacia el pasado, suponen un patrimonio histórico, cultural y de conocimientos que, a menudo, resulta difícil de descubrir.

Todas las anotaciones, marcas y otras señales en los márgenes que estén presentes en el volumen original aparecerán también en este archivo como testimonio del largo viaje que el libro ha recorrido desde el editor hasta la biblioteca y, finalmente, hasta usted.

## Normas de uso

Google se enorgullece de poder colaborar con distintas bibliotecas para digitalizar los materiales de dominio público a fin de hacerlos accesibles a todo el mundo. Los libros de dominio público son patrimonio de todos, nosotros somos sus humildes guardianes. No obstante, se trata de un trabajo caro. Por este motivo, y para poder ofrecer este recurso, hemos tomado medidas para evitar que se produzca un abuso por parte de terceros con fines comerciales, y hemos incluido restricciones técnicas sobre las solicitudes automatizadas.

Asimismo, le pedimos que:

- + *Haga un uso exclusivamente no comercial de estos archivos* Hemos diseñado la Búsqueda de libros de Google para el uso de particulares; como tal, le pedimos que utilice estos archivos con fines personales, y no comerciales.
- + *No envíe solicitudes automatizadas* Por favor, no envíe solicitudes automatizadas de ningún tipo al sistema de Google. Si está llevando a cabo una investigación sobre traducción automática, reconocimiento óptico de caracteres u otros campos para los que resulte útil disfrutar de acceso a una gran cantidad de texto, por favor, envíenos un mensaje. Fomentamos el uso de materiales de dominio público con estos propósitos y seguro que podremos ayudarle.
- + *Conserve la atribución* La filigrana de Google que verá en todos los archivos es fundamental para informar a los usuarios sobre este proyecto y ayudarles a encontrar materiales adicionales en la Búsqueda de libros de Google. Por favor, no la elimine.
- + *Manténgase siempre dentro de la legalidad* Sea cual sea el uso que haga de estos materiales, recuerde que es responsable de asegurarse de que todo lo que hace es legal. No dé por sentado que, por el hecho de que una obra se considere de dominio público para los usuarios de los Estados Unidos, lo será también para los usuarios de otros países. La legislación sobre derechos de autor varía de un país a otro, y no podemos facilitar información sobre si está permitido un uso específico de algún libro. Por favor, no suponga que la aparición de un libro en nuestro programa significa que se puede utilizar de igual manera en todo el mundo. La responsabilidad ante la infracción de los derechos de autor puede ser muy grave.

## Acerca de la Búsqueda de libros de Google

El objetivo de Google consiste en organizar información procedente de todo el mundo y hacerla accesible y útil de forma universal. El programa de Búsqueda de libros de Google ayuda a los lectores a descubrir los libros de todo el mundo a la vez que ayuda a autores y editores a llegar a nuevas audiencias. Podrá realizar búsquedas en el texto completo de este libro en la web, en la página <http://books.google.com>

Q. D. B. V.

DE FINIBUS PO-  
LITICES ET JURIS-  
PRUDENTIÆ,<sup>13.</sup>

*OCCASIONE TRITI ILLIUS,*

UBI DESINIT POLITICUS, IBI  
INCIPIIT JURISCONSULTUS,  
EX AMPLISSIMÆ JURIDICÆ FACULTATIS  
CONSENSU,

*P R Æ S I D E*

VIRO PRÆNOBILISSIMO ATQUE CONSULTISSIMO

PHILIPPO RICHARDO  
SCHROEDERO,

J. U. D. & Profess. Publ.

*FAUCTORE AC PRÆCEPTORE HONORATISSIMO,*  
DISSERET

*AUCTOR ET RESPONDENS*

JULIUS ÆGIDIUS NEGELEIN,

REGIOM. BORUSS.

*A. C. MDCCXXI. DIE VI. JUNII HORIS LOCO QUE SOLITIS.*

---

REGIOMONTII, LITTERIS REUSNERIANIS.

OPTIMO PARENTI,  
CHRISTOPHORO  
ÆGIDIO  
NEGELEIN,

Augusto Borussiae Regi a Consiliis  
intimis & Commerciorum, Republicæ  
Cniphosianæ Consuli,

S. P. D.

*Filium obsequentissimus Respondens*

JULIUS ÆGID. NEGELEIN.



Rimitiis sacri aliquid inesse omnis antiquitas existimavit, OPTIME PARENENS, unde & primogenituræ Jus Judæis pariter ac Ethnicis tanta veneratione dignum censebatur, ut nec prærogativam in audiendis paternarum precationum acclamationibus absque felicitatis jactura ulli cedi posse sibi persvaderent.

Affero & ego primitias, VENERANDE PATER, non ex primogenituræ, sed ex devotionis,

) ( 2

nis, quam tibi post DEum vitæ  
meæ Auctori primam debeo, ju-  
re æstimandas, quas etsi tenues,  
nec satis dignas magnis illis nec  
interruptis, quibus á teneris me  
fovisti curis tuis, & Tu existimare  
possis, & ego debeam: Hoc ta-  
men, & meæ qualicunque obli-  
gationis præstationi, & tuæ, qua  
largissime me dignaris expecta-  
tioni satisfaciet, si quod viribus  
in præsens deest, voluntas in fu-  
turum supplere sponderit.  
Vale.

*Nobi-*

*Nobilissimo & clare docto.*

# DISSERTATIONIS AUCTORI.

S. P. D.

PRÆSES.



*Uo Tua Te Virtus &, qua præ multis largiter instructus es, generosa indoles, absque incitatione mea vocat,*  
**NOBILISSIME NEGELEINI,**  
*non tantum ire Te permitto, sed*

X3

&

¶, quod Jure Tuo à me postulas,  
Præsidio pariter ac voto meo Te  
comitari lubens aggredior. Al-  
terum, quo adversus Te defungor,  
Præceptoris; alterum, qua in-  
clute Domui Tuæ sempiternum  
obstrictus sum, pietatis officium  
est, quod scio rite decenterque ex-  
plere ¶, quas immerens exper-  
tus sum plenissime, multiplicis  
benevolentiae testimoniationes deme-  
reri, non aliter, quam fortunata  
Tui institutione divinitus impe-  
trata, me posse, quamvis maxi-  
me

*me debeam. Scande igitur, quam  
ipse Dotium Tuarum speculam  
elegisti, Cathedram fausto & feli-  
ci omine, nec nisi laudibus, ap-  
plausu & auspiciis fructuose  
spei auguriis onustus descende.  
Amet Te semper ita DEUS,  
quemadmodum gestit mens mea &  
cogitatio Tibi precari. Sic vin-  
dicaberis ipse, vindicabitur per  
Te à mortalitate Gentis Tuæ No-  
men Virtutis & Eruditionis mo-  
numentis, quæ sola superaddi for-  
tunæ Tuæ possunt, ita, ut nun-  
quam*



quam Tua esse desinant, si semet  
cœperint. Horum quo plura &  
exquifitiora prodideris, eo peren-  
niora & Tui recordationis, &  
grati erga optimos Parentes ani-  
mi argumenta posteritati præbe-  
bis, viva cineribus eorum, quos  
non nisi seram adspicere etatem  
DEus sinat, Statua parentaturus.  
Vale.

Dabam è Museo meo  
VI. Calend. Junii  
A. C. MDCCXXI.

# THESIS I.



Politica virum bonum, & bonum civem efficere intendit : Jurisprudencia tantum justum & externe quietum. Unde apparet, præcepta Politices virtutis & honestatis regulas blandaque consilia esse, quibus dum obtemperare, quo nullum morosius animal est, homo detrectat, necesse est, jura gladio ultore armari, ut quam stultorum oscitantia vel non sentit, vel contemnit poenam naturalem, unumquodque vitium, auctoris naturæ Dei instituto comitantem, ad ejus mali considerationem, incitetur, præsentis poenæ alterius puta civilis repræsentatione; & sic qui honestus & decorus per Politicam fieri nequit, externe ad minimum justus & quietus per Jurisprudenciam efficiatur. Ita ergo ubi desinit Politicus instituendo & persuadendo, efferatam mortalitatem domare, ibi incipit Jurisconsultus ferro & igne e medio tollere, carcinomata societatis humanæ, incipiunt-

A

cipiuntque Jurisconfulti verbera , ubi desinunt verba Politici.

## THESIS II.

Quamvis igitur fine pariter ac mediis Politica differat à Jurisprudencia, quoad præcepta tamen utraque convenit , tantum quod Jurisprudencia quasdam Politices regulas suas non faciat, quæ scilicet vel plane ad internam emendationem pertinent, vel arte nimis cum ea cohærent. Hæc Politicus inter principia domestica habet , quæ finem suum proximum spectant : Sed Jurisconsultus optat duntaxat , & e longinquo tanquam scopum intendit illam perfectionem quam Politica præscribit, quamvis obtinere eam & pro fine proximo sibi habere nequeat.

## THESIS III.

Ergo & interna emendatio, quamvis ad finem Jurisprudentiæ non pertineat, non tamen plane a cura Jurisconfulti remota esse censenda. Cum enim

enim interna bonitas externam comprehendat, hinc ad illam quoque inducendam Jurisconsultus ex fine suo tenetur. Hinc jus circa sacra remque scholasticam inter jura Majestatica a Politicis referri solitum sui quoque systematis partem Jureconsulti faciunt, ut & rite secundum prudentiam ordinetur, & ordinatum in externa tranquillitate & quiete conservetur & exerceatur. Quatenus ergo harum rerum veritas, & reliqua internam earum naturam concernentia adjudicanda veniunt, ad suos qualibet quaestio fontes, referenda & ab artis ad quam pertinet peritis decidenda. Quatenus autem earum cum externa justitia & tranquillitate nexus aut ad eandem habitudo in disquisitionem venit, palam est eas ad Jurisprudentiam pertinere & ex ejus principiis ab ejus Peritis adjudicari & posse & debere, non secus ac aer frumentum, pharmacopolia, ad Physicum, agricolam, Medicina pertinent, quantum ad internum earum indolem & virtutem attinet: Bene tamen etiam ad Jurisconsultum, quatenus de justitia earum rerum, & cum externa quiete connexionem agitur.

## THESIS IV.

Quia ergo Jurisconsultus cum externa duntaxat Justitia & tranquillitate agendum habet, merito inquirendum qualem justitiam pro fine Jurisprudencia habeat, quæ controversia satis antiqua, vix tamen satis decisa videtur. Tribonianus qui Jurisprudencia tractationem a fine exorsus creditur, ex Ulpiano institutionum suarum initium petit, *justitia*, inquires, *est constans & perpetua voluntas jus suum cuique tribuendi*. Hæc ergo definitio communiter existimatur eam justitiæ speciem exhibere, quæ finem Jurisprudencia constituat: neque tamen adhuc dum transegerunt interpretes cuinam, universaline an particulari justitiæ isthæc definitio applicari mereatur, consequenter nec convenire potuerunt quænam ex binis hisce speciebus finis Jurisprudencia sit nominanda. Tota res a varia Jurisprudencia acceptione pender. Quodsi enim Jurisprudencia pro *complexu totius discipline moralis* sumas, (qui significatus veteribus maxime familiaris fuit, quorum temporibus Ju-  
ris-

S

risconfulti Sacerdotes & Philosophi erant, atque hinc juris nomine omnia moralitatis officia veniebant) palam est eam omnem politicam comprehendere & sic *justitiam universalem* complexum illum omnium virtutum pro fine habere: quod si vero jurisprudentiam pro *scientia, arte, seu habitu, actiones civium externas legibus conformes reddendi ad obtinendam tranquillitatem externam* capias, iterum in propatulo est nec universalem nec particularem justitiam, ejus finem appellari posse, non hanc, quia est virtus, quæ internam bonitatem requirit, quam non curat, jurisprudentia hoc sensu accepta, ut finem proximum; non illa, quia est complexus omnium virtutum, summum internæ bonitatis gradum requirens, quem producere non est Jurisprudentiæ sensu posteriori acceptæ. Itaque in aprico est *justitiam*, quam Jurisprudentia ultimo sensu accepta intendit, vel intendere potest, *externam duntaxat esse, in externa actionum cum legum civilium norma conformitate consistentem.* Quod vero Tribonianus in *pr. l. de l. & l.* & Ulpianus in *l. 10. pr. ff. eodem*, justitiam vel universalem vel particularem, vel eam quæ Jurisprudentiæ fo-

6

rensis & civilis finis esset, definiverint, fateor probabile mihi non esse. Stoici quippe, quorum scholæ addicti Jurisconsulti-Romani erant, illam inter universalem & particularem Justitiæ divisionem Aristotelicam nuspian suam fecisse leguntur, potius sicut unam virtutem, sic & unam justitiam statuisse censendi sunt. Quam dum perpetuam & constantem voluntatem vocant, videntur justum pariter ac justitiam in idæa considerasse, haud secus uti sapientem, & sapientiam, quam secundum suæ definitionis perfectionem nullibi gentium dari ipsimet confiteri necesse habebant.

## THESIS V.

Quamvis itaque eo maxime Jurisprudētia a Politica distet, quod externam duntaxat Justitiā pro fine habeat, tria tamen illa juris præcepta §. 3. *l. de l. & l.* recensita, communia sunt & Jurisprudētiæ & Politicæ principia, ex quibus singulæ utriusque regulæ velut fontibus suis fluunt. Observarunt jam quidam antiquiorum

rum interpretum teste Hunnio *in tom. l. var. resolut* tribus præceptis illis tres illas generis humani furias, vitia cardinalia, *libidinem puta, ambitionem & avaritiam domari.* Libidinem quidem & ambitionem, primo illo *honeste esse vivendum,* sub quo præter ea, quæ de virtutis habitu agunt præcepta, & humanitatis & decen-  
 tiæ regulæ comprehenduntur, quæ sine interno honestatis fundamento virtutisque habitu fucus sunt, aliam, quam revera habent, speciem mentientes. Tandem avaritia duobus posterioribus præceptis compescitur, quibus *nemo ledendus & suum cuique tribuendum* præcipitur, quod est fons omnis justitiæ, quæ omne damnum, quod vel *committendo* vel *omittendo* inferri potest, vitare nos jubet. Quid vero aliud quæso inculcat Politica, quam justitiæ pariter ac humanitatis officia, ex interna honestate virtutisque habitu aliis exhibenda? Quid aliud per omnem Politicam, quam regulas, *honesti* ut recentiores loqui amant, h. e., de acquirendo virtutis habitu, qui est basis omnis actionis virtuti conformis, *decori* s. humanitatis & *justitiæ* inculcari audias? Ergo liquidissimum est, *Politicam non nisi conclusiones*

errata



trium horum princip. *honeste vivere*, *neminem ledere*, *suum cuique tribuere*, toto suo ambitu complecti. Nec aliunde quam ex iisdem fontibus sua petit præcepta *Jurisprudencia*, quæ ex Politicis, quicquid mutuo accepit ad suum usum finemque accommodat, ita tamen, ut quod in Politicis ad justitiam refertur, vel ad humanitatis officia rejiciat, vel aliquid minimum effectibus, quos in Politicis habet, hujusmodi officio detrahat: Et iterum quod in Politicis ad humanitatis officia pertinet, id *Jurisprudencia* in justitiæ necessitatem convertit, utrinque externam tantum actionum humanarum cum regulis propositis conformitatem requirens. Exemplis breviter rem illustrabo, *regula justus est*, secundum Politicos: *pacta quævis etiam nuda esse servanda*, & ni serventur, violatorem ad servandum externis remediis cogi posse, in statu naturali bello, in statu civili actione. At *Jurisconsultus* hanc justæ regulam, intuitu pactorum nudorum, & actionis inde oriundæ ad *regulas humanitatis* rejicit, quam qui servaverit, laude dignum censet, qui servare recusaverit, actione nulla ad servandam cogit. Contra innumeræ in *Jurisprudencia* regulæ

gulae occurrunt, ad justae obligationem relatae, quae a Politicis ad honestatem, decentiam, humanitatemque referuntur. Quae de consensu Parentum ad nuptias liberorum, de jure minorum, tutelae & curae aliisque id genus capitibus ex Politicis afferuntur, regulae decentiae sunt & humanitatis, quas Jurisconsulti ad justum traxerunt, superaddendo iis vinculum obligationis civilis. Multa quoque ex Regulis honestatis & decentiae in Politica traditis Jureconsulti absque obligationis externae additamento retinent, nonnunquam etiam quae honestati & decentiae adversa sunt tolerant, quatenus ad bonum ordinem pertinent, aut necessariam cum externa tranquillitate connexionem non habent. Unde varia *juris permixta*, ut & *tolerantiae legalis* capita, variae leges, quas in *fragmentis* suis Ulpianus vocat *imperfectas*, quae prohibent aliquid, nec tamen contra factum rescindunt vel facientibus poenam dicunt. Apparet ergo & Jurisprudenter praecepta ex tribus illis tanquam fontibus suis derivanda esse, *honeste vivere*, *neminem ledere*, *suam cuique tribuere*, saltem quod tam in honestate & decentia, quam in justitia custodienda,

B da,

da, ad externos duntaxat actus prætermiffa interna conditione civium fuorum oculum intendat.

## THESIS VI.

Ex hoc igitur primario Politices & Jurisprudentiæ fine alii plures deduci poffunt. Scilicet *præcepta Politices* quia interna refpiciunt, & cum iis femper connexa funt, necelfe eft, *immutabilia* effe, fecus ac præcepta Jurisprudentiæ, in ftricto nempe fenfu prout th. 4. indicatum eft, quandoquidem quæ interna funt mutationem non recipiunt, & omnis quæ videtur effe mutatio in hujusmodi regulis non vere talis, fed quæ ex coordinatione regularum jufti & decori venit, duntaxat apparet, quando enim, mox regulam Prudentiæ, cedendum effe jure fuo, illi juftitiæ, fuum cuique tribuendum effe, præferimus, mox vice verfa procedimus, videtur alterutrius regulæ mutatio fieri, quæ tamen tantum abeft ut fiat, ut potius accurata unius præ altera regulæ obfervatio in hujusmodi cafibus inducatur.

tur. Sed *externa*, quia nec sunt Generalia, nec objectum æque figuratum habent, sed quod in singulis speciebus variat: Idcirco non possunt nisi pro objectorum, i. e. Rerumpublicarum, novarumque in iis prodeuntium hinc inde formarum, diversitate variari. Exempla, quibus illustrari hæc assertio posset, data occasione conflictui reservo. Utrum vero interna illa Politices præcepta ab Auctore naturæ Deo mutari possint, quæstio est, sed otiosa, quia quid possit auctor naturæ, non potest intellectu humano percipi, sicut nec essentia ejus. Quid autem velit, ex conservata hæctenus generis humani conditione concludimus.

## THESIS VII.

Sed quia Jurisprudentia eadem cum Politica præceptorum suorum principia habet, præcepta quoque eadem erunt, quæ inde fluunt? Et sunt omnino eadem. Neque enim Jurisconsultus, nova extra rationem invenire præcepta potest, quæ vero ratio dicitur, ad Philosophiam

moralem, & Politicam pertinent & ex ea in Jurisprudentiam desumpta sunt, saltem quod externam Jurisprudentia observantiam requiratur, cum qua Politica contenta non est, ut supra monitum, fusiusque in ventilatione deducetur.

## THESIS VIII.

Honeste vivere, neminem lædere, suum cuique tribuere, quia & Jurisprudentiæ principia sunt oritur quæstio, an etiam de honesto disponat Jurisprudentia? Ita est, & de decore æque ut de justo, scilicet quoad externam tantum observantiam. Unde manet distincta stricte loquendo Ethica, Politica, & Jurisprudentia, Ista, quippe retinet, quod de interna honestate, habituque virtutis acquirendo inculcari meretur; Illa quod de externis cum virtutis habitu consentaneis actionibus; Hæc denique quod de solo externo istarum actionum exercitio, ne externa tranquillitas lædatur, in considerationem venire possunt.

THE-

# THESIS IX.

Ergo & externum honestum & decorum & justum Jurisprudencia considerat, neque tamen aliquid his præceptorum generibus contrarium admittit, quamvis toleret & impune nonnunquam dimittat. Quod enim de rescissionibus contractuum, à mulieribus, minoribus, aliisque id genus personis initis, de autocheiria Jure Romano impuni, de libertate divortiorum aliisque id genus capitibus, pro demonstrando, Jurisprudenciam, Politicæ, ejusque præceptis aliquo modo repugnare, afferri solet; Id omne commode in contrarium explicari posse, in conflictu demonstrabo.

# THESIS X.

Quia ergo distincta est Jurisprudencia a Politica, hæcque præcepta immutabilia continet, quæ ad finem suum attemperanda, mutuo Jurisprudencia sumit, unde manifestum est Politicam

B 3

an-

antiquiorem esse Jurisprudentia, scilicet forensi, quæ leges scriptas, & ad peculiarem unius Reipublicæ usum accommodatas regulas exhibet. Quæ facies quando innotuerit, satis certum non est, verosimile tamen, quod cum *Jaquelorio Gallo Thomasius* asserit primum legum scriptarum conditorem fuisse Mosen. Quod assertum & mihi à veritate non alienum videtur. Sunt ergo fines Politicæ & Jurisprudentiæ strictè pro forensi sumptæ, ut brevibus dicam, quod illa internam externam junctam, hæc externam solum, tam quoad honestum, quam decorum & justum actionum conformitatem cum regulis suis desideret, paribusque fini suo utraque mediis utatur, illa scilicet institutione & persuasione, hæc minis, vi & metu. Quod illa præcepta immutabilia, hæc pro Rerumpublicarum diversitate mutabilia contineat, reapse tamen eadem, demta scilicet additione, vel detractione à Legislatore inducta. Ex his quid sequatur longum foret enumerare: Mihi sufficit, Politicæ & Jurisprudentiæ si non plene exposuisse, saltè delineasse

F I N E S.

Soli DEO Gloria.

**S**elahrtheit ist ein Meer/ des unermessner Grund  
Den Weisen Perl und Gold zu Ehren-Erohnen reichet.  
Sie ist ein Garten-Feld/ worinn die Blätz so bunt/  
Dass ihnen selbst die Pracht der Hesperiden weichet.

Drumb wer an diesem Thal der Anmuth sich ergöht/  
Und alle Blumen lernt / womit der Garten stüzet/  
Der wird vor seinen Fleiß von allen hochgeschätzt/  
Und endlich wie ein Feld mit Kränzen ausgeputzet.

Geschickter Negelein! Was vor ein Blumen- Herr  
Schmückt mit gar feltner Lust den Frühling deiner Jahre?

Du wagest Dich beherzt in dieses weite Meer/  
Und suchst in tieffer Klufft der Weißheit theure Waare.

Fahr unermüdet fort / Du wirst bey früher Zeit  
Leicht einen Circel - Putz aus Ehren - Preiß erlangen.

Ich füge noch hinzu aus tieffer Schuldigkeit:  
Du wirst o Negelein bey hohen Palmen prangen.

So hat dem Herrn Respondenten zu  
seinem *Specimine Academico* gra-  
tuliren / und sich seinem gütig-  
sten Andencken gehorsamst  
empfehlen sollen

Christoph. Alb. Kowalewski,  
Königl. Preussischer Sub-Bibliothecarius.

Sie



**S**ie zeigt ein edler Zweig der Väterlichen Tugend/  
Sie überzeuget uns der Frühling zarter Jugend/  
Was Vater! Stadt und Land/ in Blüthen Hoff-  
nungs voll

Vom Sommer / und dem Herbst vor Frächte for-  
dern soll.

Der Himmel gebe nur zu dem / was Paulus sehet/  
Apollens treuer Fleiß mit Weißheits - Strömen nehet/  
Des Vaters kluge Zucht / als Ober - Gärtner schafft/  
Die werthe Mutter pflegt / von oben seine Kraft.

Sein Aufsehn helff zugleich durch Segen volle Gnade/  
Daß hier kein kalter Reiff / kein heißer Mehltau schade/  
Kein Feind der schönsten Frucht / kein Sturm / kein Nord-  
Beschweiß /

Sie dem erhöhten Stamm / ach! gar zu früh entreif.

So werden wir wills Gott / der Seelen treues fichen/  
Und was ein jeder wünscht / weit übertroffen sehen.

Mir sagt zum wenigsten das Hoffnungs - volle Hertz/  
Dieß Negelein wird einst die schönste Königs - Kertz.

Mit diesem hat dem Herrn *Respondenten*  
zur Bezeugung seiner Mir - Freude  
wolmeinend *gratuliren* wollen

Johannes Albertus Janus.

